



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 47. Græcorum preces Pontifici factæ pro Ecclesiis sibi restituendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Secul. XV. A.C. 1439. atque ad Patriarchalem sedem suam redeuntem largo ac liberali viatico intrare vellet. Spondebat etiam, se illius, qui ex Latinis hucusque hujus Patriarchatus titulum habuisset, nomen, dignitatemque abrogaturum, adeo, ut deinceps nonnisi unicus esset, qui ejusmodi fruetur prærogativa.

§. XLVI.

Græcorum repulsa.

Constanter autem Imperator, ceterique Græci consentire renuebant, caventi, quod moris apud ipsos esset, Patriarcham Constantinopoli eligi, & juxta Ecclesiæ suæ consuetudinem consecrari. Nilominus Græci ultro Pontificis nomen quamvis minime ab eo rogati essent, in dyptichis inseri jusserunt, saltem hæc parte quodammodo Papam sibi devinctis

§. XLVII.

Græcorum preces Pontifici factæ pro Ecclesiis sibi restituendis.

Idem rogarunt Papam, ut Ecclesias eorum Imperio ac potestati obnoxias, quas in Creta, Corcyra, aliisque Insulis sitas Latinorum Archiepiscopi sibi vendicaverant, ipsis restitueret, atque Latinis Præsulibus, qui hisce Ecclesiis præessent, de aliis præbendis provideret, ne Græcæ suæ nationis Viros illis præficere impedi-

direntur. Verum in responsis tulerunt, Sæcul. XV. A.C. 1439.
 quod non deceat, Latinos ab Ecclesiis, in quarum possessione versarentur, detur-
bari, nihilque in præsentis rerum articulo
 innovari possit. Nihil fecius Pontifex
 pollicitus est Græcis, quod possessio in
 illis Ecclesiis, quarum cura hactenus duo-
 bus nempe Græco simul ac Latino con-
 credita erat, decedente prius Latino, so-
 li Græco asserta maneret, nec alii, quam
 Græcæ nationis Viri, Latinis succederent;
 si vero prior fatis cederet Græcus, Ec-
 clesiæ regimen soli Latino relinqueretur,
 eoque demortuo ad ejusmodi Ecclesiam
 Episcopi electio perpetuo jure ad Ro-
 manum Pontificem devoluta censeretur.
 His concordatis acquiescere compulsi
 sunt Græci.

Rebus ita compositis, Pontificis jussu
 quinque conscripta fuere Decreti unionis
 transumpta, græco-latino idiomate conce-
 pta, & utriusque Ecclesiæ Patrum subscri-
 ptionibus munita, quorum unum Græcis,
 alterum Latinis datum, tria vero, quæ su-
 pererant, Patriarchis fuere transmissa.
 Hæc gesta sunt die vigesima prima Julii.
 Pontifex ad omnes Principes literas per-
 scripsit, quibus eos de prædicta unione, To. 13. Conc. Gen. part. 3. p. 1182.
 atque concordia certiores reddidit, & ad
 communem lætitiã de tam prospero e-
 ventu excitavit; necnon immortales Deo
 gratias rependit, in tam amplos laudum
 titulos

Sæcul. XV. titulos effusus, quo solemnioribus vix ut
 A.C. 1439. quam publici gaudii ubertas universo or
 bi nota fieri potuisset.

§. XLVIII.

Armenorum Legati Florentia.

Conc. Gen. Fere in immensum crevit omnium jo
 Labbe to. 13. bilus, atque lætitia, cum advenirent
 p. 527. etiam quatuor Constantini Armenorum
 Patriarchæ Legati, quos Eugenius æque
 ac ceteros omnes ad Synodum Oecome
 nicam vocaverat. Huic gaudio comple
 mentum addidit adventus Oratorum, quos
 Jacobitarum Patriarcha, necnon Æthio
 piæ Imperator miserunt; Hi enim ce
 nes Ecclesiæ Romanæ unionem quære
 bant. Harum Legationum successum in
 historiæ nostræ progressu memorabimus

§. XLIX.

*Imperator Græcorum Venetias
 profectus.*

Interea temporis Imperator Græcorum
 cum suis Prælatiis reditum in Patriam
 anhelans, subsidia ad singulos menses de
 bita sibi exsolvi petebat, quæ etiam non
 liberalius, quam promptius numerata fue
 re. His igitur ad vota impetratis, omnes
 summum Pontificem accedebant, abeun
 di veniam petitori, quos Eugenius mun
 nificen